24

Imperatoris Caroli IV: Mandatum de obedientia Civium 1347.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex Semper Augustus et Bohamiæ Rex Fidelibus nostris dilectis Communitati Civium in Gorliz Salutem et omne bonum. Ad nostram pervenit audientiam, qualiter quidam ex vobis et de Communitate vestra se Consulibus et Juratis civitatis vestræ quo pro tempore fuerunt, opponere præsumserint, ac ipsis Consulibus et juratis debitam exhibere obedientiam hactenus non curarunt: quod in congruum plurimum reputamus. Volentes itaq periculis et damnis quæ ex inobedientia hujusmodi Nobis ac Civitati vestræ futuris evenire possent temporibus salubrius obviare, vobis et Cuilibet vestrum Authoritate Regia seriose et omnino volentes mandamus sub poena privationis rerum ac etiam personarum, quatenus

Cives Senatui obedire debent.

Sub poena amissionis rerum et personarum.